

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahliana Conscriptæ

**Juncker, Johann**

**Halæ, MDCCLVII.**

**VD18 90812107**

### Tabula XCI. De Operationibus In Dentibus Et Gingiva.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

stores plurimi commandant, & deinde vulnus, ut moris est, tractandum docent.

3. Nonnunquam ulceratio hæc cancerosa rimam tantum exhibet, & tunc labii leporini instar excindi & sutura vulnus consolidari potest.
4. Quando scirrus tantum cancerosus labia occupat, a septicis, quæ non nulli commandant, cauendum est.
5. Excinditur potius talis scirrus cancerosus, uti tabula L. jam indicavimus. Præstat autem portionem labii simul excindere, quam de radice scirri quid relinquere.

#### V. SUTURA LABII LEPORINI.

Hanc tabula generaliore LXXXIII. docuimus.

### TABULA XCI. DE OPERATIONIBUS IN DENTIBUS ET GINGIVA.

#### I. PURIFICATIO DENTIUM.

1. Ad dentium sordes auferendas multa appropriata instrumenta hodie prostant, quæ peculiari theca passim circumferuntur.
2. Quoniam autem metallica sunt, a quibus caries facile metuenda est, frequens horum instrumentorum usus non probatur. Conferatur caut. 16. tabulae LI.
3. Præstat principiis obstat, & dentium impuritates præcavere
  - 1) Per diligentem ablutionem, præcipue post pastum, aqua pura insti-tuendam.
  - 2) Per detersiōnem frequentem cum herb. salviæ & cochleariæ.
  - 3) Per usum pulveris dentifricii, non quidem frequentem, sed post duas circiter hebdomadas repetendum. Hisce pulveribus myr-Junck. Chir. Hhh rba

*rha* utilissime miscetur, nimis acria autem, e. g. spiritus vitrioli, facile nocent.

- 4) Cum hisce remediis conjungi interdum potest mixtura illa, quam tabula medica XCI. ad *stomacacen* commendavimus. Hæc enim & *gingivæ* & *dentibus* salutaris est.

## II. EVULSIO DENTIUM.

1. Ad dentium extractionem citius plerumque, quam par est, festinant Operatores, quoniam autem paucioribus cognita est differentia illa, quæ inter *dentes* non solum ipsos, sed & *alveolos*, observatur, (taceamus justas hujus evulsionis indicationes) operatio non raro infauste, nonnunquam plane funeste succedit. Videatur *Bohnius de vulnerum renunciatione*.
2. Dentem *sanum*, carie non infectum, extrahere, neatroeissima quidem odontalgia urgeat.
3. Dentum autem *mobilitas* intra primum septenarium, illorum *caries* cum pertinaci & saepius recrudescente dolore, *fistula* sub dente quodam delitescens, denique præternaturalis & deformis dentium protuberantia, hanc operationem ordinarie indicant.
4. Dentes a *nativitate*, nisi suctionem impedian, non sunt extrahendi.
5. Ad hanc operationem commode instituendam varia *instrumenta excoxitata* sunt, e. g.
  - 1) *Incisores* ex *alveolis* suis ordinarie educuntur per *pedem* sic dictum *caprinum*.
  - 2) *Oculares* seu *canini* vulgo extrahuntur per *forcipes* *dentarias* *vulgares*.
  - 3) *Molares anteriores* per *pelicanum*, qui *brachia* habet *recta*.
  - 4) *Molares posteriores* per *pelicanum*, *brachiis curvis* *præditum*.
  - 5) *Frusta* dentium per *rostrum corvinum*, vel *pedem caprinum*.
6. *Operatio ipsa*, exercitatum exposcit Chirurgum, ne vel maxillam concerpat, unde gravia symptomata excitantur; vel ipsum dentem ita diffingat, ut radices ipsius postea auferri nequeant.
7. Ante autem, quam evulsio suscipiatur, æger in sellam humilem, capite retrorsum fleso, collocetur, & *gingiva*, nisi plane laxa vel jam exesa sit, separetur.
8. Deinde extractio, non impetuose & maxima violentia, sed modestia qualicunque tentetur.
9. Quando dentis evulsionem hæmorrhagia excipit, hæc, uti suo loco di-

## DE OPERATIONIBUS IN DENTIBUS ET GINGIVA 611

dictum est tractetur. *Incisores* quidem, quia minoribus vasculis praediti sunt, haemorrhagiam excessivam non facile inducunt. Neque *molars*, quae numerofa quidem, sed non capacia habent vasa. *Canini* autem seu *oculares* ob majora sui vasa largiorem sanguinis excretiō nem ordinarie pro comite habent. Sufficient autem ut plurimum lenia stiptica, turunda applicata.

10. *Gravidis* non facile evellunt dentes. Observatum enim est, quod haec operatio foeti interdum contraxerit vitium oculorum.
11. Dentes quando modo introrsum modo extrorsum modo deorsum extra seriem prominent, & ita varia incommoda efficiunt, protuberantiae haec vel lima conveniente auferuntur, vel forcipe decerpuntur, siie werden abgezwicke. Haec autem si locum non habeant, evulsio necessaria est.
12. *Caries* dentium quas cautelas requirat, *tabula de carie* indicavimus.
13. *Molarium* dentium extractio ordinarie impeditur in adultis per radicum divaricationem, quae major existit, quem maxillae foramen, e quo dens prominet. Unde in tali casu maxilla facile dilaceratur. Quando autem dentium *molarium* radices ita varicatae non sunt, quale quid in feminis extra ordinem nonnunquam observare licet, extractio facilius succedit.
14. *Molares* dentes, si excavati sint, praestat confringere, quam extrahere. Quando enim ad maxillam usque successivis actibus effracti sunt, carne superincrecente occultantur. Error est, hanc carnem sectione vel cathareticis extirpare velle. Licet enim sub initium fungosa atque tuberosa appareat, indurescit tamen ipso usu, ut non modo stupida, sed etiam firma, successive evadat. Si vero ab effracto dente acumina restiterint, quae pungendo dolorem & irritationem excitent, lima auferenda & complananda sunt.
15. *Superiores canini*, quos vulgo *oculares* vocant, admodum profunde intra maxillam ad oculi orbitam pertingunt. Hinc, nisi sponte sua jam vacillent, temere non extrahendi sunt. Quando enim nervosae propagines, quae ad radices usque horum dentium distribuuntur, extractione violenta convelluntur, immanes dolores & inflammations, ad bulbum oculi, imo ad ipsam duram matrem pertingentes, suscitantur.

16. *Canini inferiores inferioris quidem sunt periculi, non contemnenda tamen ne horum quidem est consideratio & evelendi difficultas, propter profundiorum situm & delitescentiam quasi intra maxillam. Præterea quia seminervea medullaris substantia in horum dentium cavitatem, admodum angustam, longius & profundius quasi inserta est, inter evelendum simul laceratur, sensibiles dolores, soticias inflammations & spasmodicas irritationes post se trahit.*

17. *Evulsionem dentis cariosi *ustio* illius *actualis* interdum avertere potest; cavendum autem, ne ipsa radix, sed ossea substantia uratur.*

### III. DENTES ARTIFICIALES.

1. *Quemadmodum *nasi* & *oculi* artificiales in locum naturalium substituuntur, ita etiam res se habet cum dentibus amissis.*
2. *Quoniam enim dentes sermoni articulando multum inserviunt, artificiales in deperditorum naturalium locum non solum formositatis, sed & loquelæ caussa ponuntur.*
3. *Conficiuntur ordinarie ex *ebore*, sed quoniam hi brevi tempore flavidine tinguntur, illos præferunt, qui e *dente hippopotami* sunt confecti. Nam cortex ejus exterior, qui nivea ordinarie albedine gaudet, hunc suum colorem per integrum annum retinere solet.*
4. *Dentes hac ratione confecti alveolis, cum quibus proportionem habere debent, immittuntur, &, si opus sit, filo sericeo vel aureo cum vicinis dentibus firmantur.*
5. *Quando versus somnum evelluntur, & mane renovati alveolis iterum immittuntur, tanto diutius a nigredine & corruptione possunt defendi.*
7. *Contingit nonnunquam, ut intrega dentium series decidat; quo casu ex unico frusto eburneo vel dente hippopotami omnes conficiuntur & applicantur.*

### IV. DENTIUM DISIUNCTIO.

1. *Spasticus rigor, tumor inflammatorius & aliæ caussæ impediunt nonnunquam, quo minus dentes divelli possint. Vocatur hic affectus german. die Mund-Klemme.*
2. *In hisce casibus violentia quadam os & dentes aperiunt, nempe per *speculum oris*, vel per illud instrumentum, quod *trochlea* præditum est, quodque speciatim vocatur Mund-Schraube. Sed male; præstat potius per congrua remedia caussas antecedentes & conjunctas removere.*
3. *Quando autem ob qualcumque operationem, in cavitate oris in-*  
*sti-*

stituendam, dentes disjungendi sunt, instrumenta modo dicta usum præstant.

#### V. INCISIO GINGIVÆ.

1. Hæc operatio in dentitione difficii solet institui, ad gravia symptomata, præcique convulsiva, occupanda vel profliganda.
2. Inciditur nempe per transversum gingiva in illo loco, quo illius protuberantia eminet & dentem e rupturum designat.
3. Prius autem hæc incisio non instituenda est, quam remedia, in hoc passu alias salutaria, sine effectu fuerint propinata. *Conf. tabula medica CXVI. num. 23.*

#### VI. EPULIS.

1. Est excrecentia carnosa in gingivis, quæ ad intimos dentes molares sæpius se extendit, & non raro apertioñem oris & loquelañ impedit. Derivatur ab *επιλί* & *γάνων*, gingiva.
2. Extirpatur more aliarum excrecentiarum, de quibus suo loco diximus, nempe vel per *deligationem*, vel, si hæc locum non habeat, per *excisionem*, ubi cavendum, ne nimis profunde illa instituatur, alias maxillæ denudatio cariem inducere potest. Quando autem caries jam adeat, tum profunda & ad maxillam usque penetrans excisio requiritur.
3. Hæmorrhagia sistitur per collutionem oris cum vino calido, vel si hoc non sufficiat, cum spiritu vini.
4. Reliquæ, si adfint, per lenissima sepræca auferuntur, & deinde consolidatio per myrrhato promovetur.
5. Meckren peculiarem cultellum ad hasce excrecentias excindendas observ. XXVIII. describit.
6. Extirpatio per *cauteria actualia & potentialia* in hoc loco non probatur.

#### VII. PAR ULIS.

1. Est tumor inflammatorius in gingiva, odontalgiam sæpius excipiens.
2. Discussio tentatur per decoctum, ex resolventibus & discutientibus paratum.
3. Quando autem discussio non potest obtineri, suppuratio promovetur per decoctum emolliens, subjuncto frusto caricae tosta.
4. Aperio abscessus maruri mature instituenda, & mundificatio sollicite peragenda est, ne fistula cum vel sine carie maxillæ exoriatur. Convenit essentia myrrhæ cum melle rosato mixta.